Latinorum, ex qua prodeunt Antesignani ad Episcopatus aliaque munia nostra capienda, quemadmodum in Diœcesi Premisliensi D. Serlecki, in Lithuania, et Alba Russia D. Koleda, in Chelma, et Belza D. Subra, in Vladimiria D. Glinski, in Pinsco D. Bialozor, et quidam Zochovski forti, et armata manu invadendo Archimandriam Leszczinensem ausus eripere et multas Ecclesias sub suam Uniticam Jurisdictionem subiugare conantur, et de facto fecerunt, non manet nobis nisi recurrere ad primam Commissionem Radiacensem, quæ quia non est sortita suum effectum, puniit ideò Deus Palatinum Kioviensem Wichovski, eo quod acrius et efficacius non institerit apud Rempublicam de eradicatione d. Unionis, sed dum Uniti nos tirannizant, pro recreatione sibi hoc facere esse putant Dñi Spuales, quam Seculares Confessores Romanæ Ecclesiæ, nec sitim suam hactenus sanguine nostro fuso explent.

Porrò si desideria Religionis nostræ non Unitæ pacificabantur, procul dubio pax æterna speranda, dummodò duæ maneant Religiones, altera illius Latini sub Pontifice Romano, altera Græci sub Constantinopolitano similiter, et bona illius Græci per Regnum Poloniæ et M. D. Lithuaniæ subiaceant exactionibus militaribus, Bona Ecclesiastica Unitorum, statim non Unitis